



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

34 Fœmina pontifici persona domestica non sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

bus si in hoc opere positis, aliquid propria necessitatibus occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanae, tanta prospexit calmitate vexari? Atque ideo necessariò removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremò, si corpore faecatum fortassis, aut debiliter nequaquam sancta contingere lex & divina permisit, quanto magis doni ecclesiis dispensatores esse non convenient (quod est dexterius) caen-  
te perculios?

C. VI. ¶ Qui tempore baptizini uxores habent, si postea religose vixerint, clerici fieri non prohibentur.

Item Innocentius Papa L. Felici episcopo Nu-

cerino, epist. 4. c. 4.

<sup>3</sup> Laci b, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic ps. 16e instituerunt, ut opinio eorum in nullo, vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adhaerint, si non concubinam, non pellicem noverint, si in omnibus bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus fortem assimi.

4. pars. Ceterum ante susceptionem sacram ordinem quosdam legimus concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non recipiunt, si post sacram ordinem ab eius commissione sepe immaculatus custodiunt.

C. VII. ¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit.

Unde Gregorius Andrea Tarentino episcops,

lib. 2. epist. 44. five c. 3.

Habuisse e te concubinam manifesta veritate com-  
perimus, id est qua etiam contraria est quibundam na-  
ta simpatia. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non  
debet esse iudicium, hoc tuta conscientia eligimus com-  
mittendum. Quia de te, si in sacro ordine constitutus e-  
jus te permissione esse recolli maculatum, sacerdotii ho-  
nore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas  
accedere, sciturus in anima tua periculo d remittare,  
& Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si hu-  
jus sceleris confusus in eo, quo es ordine, celans verita-  
tem permanere volueris.

1. ¶ Comperimus] Sequebatur, & te illius criminis participationem habere, que verba sunt etiam in editione posteriori B. Gregorii Frobeniana. Verum sibi sunt, quoniam absunt & ab aliis editiōibus & a ceteris collectoriis, & a Ioanne diacono, lib. 3. num. 43. vita eiusdem Gregorii, omninoq; sententiam perturbant.

DISTINCTIO XXXIV.

<sup>1</sup> D Omesticarum quoq; personarum immoderata familiariatem episcopum vitare oportet.

C. I. ¶ Etiam consanguinarum immoderata familiaritatem episcopum vi-  
tare oportet.

Unde Nicolaus Papa ad. Albinum & Archi-  
episcopum.

¶ Vorundam f relatione fidelium, & nostris auribus  
intimatum est, quod Lanfredus episcopus, qui &  
juvenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium  
plurimos etiam de clericali catalogo, genere dunatax  
Germanos, & Gallos irreverenter implicat. Verum-  
itte (si ita est, ut audiuvimus) meritò juvenis dicitur, qui  
juvenilebus desideriis occupatus, nulla g gravitate con-  
stringitur &c. Nam (ut beatus dicit Hieronymus h) ve-

a Levit. 21. b Ansel. lib. 7. cap. 29. al. 34. Ivo part. 6. cap. 95.  
Pamorm. lib. 3. cap. 45. c Burchard. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5.  
cap. 310. Polyc. lib. 4. tit. 39. d al. periculum. e al. Albinum.  
f Ivo part. 5. cap. 313. g nulla solum gravitate.] Ivo. h ad  
cap. 5. Micheas, & in Psal. 90.

natorem nunquam legimus sanctum & infia. Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolani nostro, quod cum quadam filia sua immoderata tenet familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re à sanctitate tria, ceterisque coepiscopis suis comonitus atque corruptus est, sed nullatenus emendatus quae res in hoc maximè dispergit, & magis, ac magis de-  
terioriē de serredit opinionem, in quo beatitudini-  
tate, & ceterorum coepiscoporum suorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplati  
relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale  
cum episcopis, & suffraganeis tuis convocare concilium,  
& hunc salutariibus eloquies episcopum convenire, atque  
illi pastorali auctoritate praepare, quatenus ab omnibus  
beatitudinum vel volucrum venatione penitus alieni  
exitat; atque ab immoderata filie sua familiaritate  
semel opusino cōcēdat. Quod si parere contempnētur,  
et tam pro venationis declinatione, quam pro inmoderata  
filie sua conversatione vitanda vobis admonentibus  
obedire disfluerit, à vestro collegio excommunicatus  
abscedat. Quod si in hoc centumax adhuc appar-  
erit, à ministerio cessare debet.

### C. II. PALEA.

[Ex concilio i Aurelianensi III.]

E piscopum a, presbyterum, aut diaconum canes a  
venandū accepit, aut hujusmodi res habe-  
non licet. Quod si quis talium perforarum in hac  
luprate b sapienter fuerit; si episcopus est, tribu-  
menibus à communione c suspendatur; diaconus w  
rō ab omni officio, & communione suspendatur.

1. ¶ Aurelianensi j. Hac Palea etiam in decretalibus tis  
cleric. ven. cap. i. citatur ex concilio Aurelianensi, & in canonis  
ex cap. 8. Sed in Aurelianensis, que extant, non est inventus  
Burchardus, & Ivo part. 6. cap. 288. citant ex Meldenisi. Eadem  
sententia est in Agathensi, cap. 55. (quod etiam citat Ivo p. 5. c. 30.  
& p. 13. c. 30.) & in Epamensi, cap. 3.

2. ¶ A communione] In decretalibus legitur à communi-  
one, si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio  
suspendatur. Apud Burchardum est, se à communione  
suspendat, presbyter duobus; diaconus vero ab omni  
officio, & à communione suspendatur: neg. multo alter  
pud Ivonem, part. 6. & in concilio Epamensi. In Agathensi auto-  
& apud Ivonem parts. 5. Se à communione suspendat; pres-  
byter duobus mensibus se abstineat; diaconus vero  
omni officio, & à communione cessabit. Verum ap-  
eundem Ivonem, part. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo  
girat: sed à communione abstineat, d presbyter duobus  
mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio  
vel communione cesset.

### C. III. PALEA.

O Mnibus & servis Dei, venationes, & sylvaticas v  
gationes f, cum canibus, & ut accipitres, aut falco  
nes habeant, interdicimus.

¶ Hac etiam Palea habebit cod. tit. de cleric. ven. cap. 2.  
ex eodem concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum & q  
Burchardus, & Ivonem. Sententia istud pene verbo est  
synodo Francia sub Zacharia Papa, qui & conciliorum tom  
inserta, & habent lib. 3. capitular. cap. 2. & manucripta vno  
inter epistolam Zacharia in codice sp̄ memorato monasterii Di-  
nicavorum.

Concubina autem hic ea intelligitur, que cestantibus  
galibus instrumento unita est, & conjugali affectu, &

a Extra de cleric. ven. cap. 1. Burchard. libro 2. cap. 1.  
Ivo part. 5. cap. 306. & pari. 6. cap. 288. & part. 13. cap. 1.  
Pamorm. lib. 3. cap. 45. c Burchard. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5.  
cap. 310. Polyc. lib. 4. tit. 39. d al. voluntate sepius de-  
cens. e al. vel. f al. suspendat. g Extra de cleric. ven.  
cap. 2. Burchard. libro 2. cap. 214. Ivo part. 6. cap. 307. h  
fatigantibus.

*sejus, hanc conjugem facit affectus, concubinam vero lex nominat.  
De hac dicitur in Concilio Toletano l.c.17.*

C. IV. ¶ Qui non habet uxorem, sed loco illius concubinam, a communione non repellatur.

**I**s qui a non i habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen b ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit conjunctione contentus.

¶ Is qui non i habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen c ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit conjunctione contentus.

¶ Is qui non i habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen d ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit conjunctione contentus.

C. V. ¶ De eodem.  
Item Isidorus de distantiis & novi & veteri Testamento.

**C**hristiano f non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem, aut tertio loco uxoris (si conjuncta deest) concubinam.

C. VI. P A L E A.

Ex dictis Augustini in lib.s. Homiliarum, Ho-  
milia xlvi.

**A**udite g charissimi membra Christi, & matris catholicae ecclesie filii. Quod dico competentibus i & fidelibus, audiant poenitentes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & pœnitentibus. Audiant catechumeni, audiant omnes, omnes timeant, nemo contemnat: sit mihi in consolatione vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus: Competentibus dico, fornicari vobis non licet: sufficiant vobis uxores: audiat Deus, si vos surdi estis; audiant angeli, si vos con-

terminitis. Concubinas vobis habere non licet: eti non habentis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis uxores: tanto magis damnatio vobis erit, si volueritis habere uxores & concubinas.

¶ Competentibus] Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes, atq. intelligit etiam potest ex eodem B. Augustino aliis, & ex aliis,

¶ Uxores] In hac praeposita parte non sunt relata propria verba B. Augustini; sed nomina omessa, ac mutata. Nam ipse ita scribit: sufficiente vobis uxores, aut nec uxores: concubinas vobis habere non licet. Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiant competentes, quod dico fidelibus, non habentis uxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis uxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & uxores dimittatis.

3. pars. Ceterum, si non talis concubina fuerit, & etas illius de quo agitur, futura incontinentia sufficientem auferre dignatur, apostolica concessione ad ordinem diaconatus provehi potest.

C. VII. ¶ Qui post mortem uxoris habuerit  
de ancilla filios, diaconus fieri per-  
mittitur.

Unde Pelagius Papa scribit Florentino Episcopo.

**F**raternitatis b tua relatione susceptra, ejus latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, casitatem tamen eum, e priori non servasse, coniugio designasti. Et quamvis multa sint, quae in humero modi casibus obfervari canonice jubeat sublimitatis d' auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distinctionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & etas istius, de quo agitur, future incontinentia suspicionem auferre dignoscitur, ut ad diaconatum possit provehi, temporum, ut dictum est, condescendentes defectui concessisse nos neveris. ¶ ¶ Miseram & vero ancillam ejus, de qua se post transiit uxor, filios habere confessus est, jubemus, ut tua dispositione cuiquam monasterio continentiam professura tradatur.

¶ Tradatur] Apud Anselmum sequitur: ut meliori forte ad quod promovetur officium, sub bona possit fama merito ministrare, nec aliqua opinione ejus maculandæ relinquatur occasio: neque multò aliter in Polycarpo.

Hoc diffinitione misericordie: ceterum ex rigore disciplinae intelligitur illud Aurelianensis 2. concilii.

2. ¶ Aurelianensis] Hoc ad verbum habentur in concil. Genesiden, cap. 8.

C. VIII. ¶ Non admittatur ad clericum,  
qui prater uxorem, aliam cognovit.

**S**i quis de laicis post uxorem aliam cuiuscunque conditionis cognoverit mulierem, in clericum nullatenus admittatur.

4. pars. Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur, propter ipsum futuræ incontinentia confitatum creditur: quia difficulter continentiam servat, qui se illicet concubitu maculare non meruit. Ver F prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognovit maritali effectu, vel quia corrupta flore virginitati amiserit, vel quia meretricari non defuit, licet in uxore ducatur. Utrumq. enim impedimentum culibet prestat, quo minus ad sacros ordines pertinere valent.

a. Ivo par. 8. ca. 64. Pann. lib. 6. cap. 49. b. al. tamquam & al. fidem, d. altanum, e. al. consonantia. f. Ivo par. 8. c. 66. Damd. 6. x. 50. g. Bucclid. p. cap. 15. Poly. lib. 6. ut. i. Ivo part. 8. c. 13. Pann. lib. 6. c. 43.

a. al. Florentia. b. Anselm. l. 7. c. 68. al. 73. Poly. l. 2. tit. 1.

c. al. cum. d. al. subtilitate. e. al. Matutina. f. al. G.

C. IX. q. Qui virginem non duxit uxorem, ad sacros ordines non accedit.

Unde Hilarius Papa in synodo Romana, cap. 2.

scribit, dicens.

**C**VRANDUM a ergo b in primis est, ne ad sacros ordines (sicurgesius prioribus ante praescriptum est) quicquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.

C. X. q. Bizonus, vel panitus, corpore vestitus, literas ignorans, curia vel conditio-  
ni obnoxia, clericus non  
fiat.

Item. Gregorius urbis Romanæ presul Squili-  
no d Episc. lib. 2. epist. 35.

**P**RÆCIPIMUS e, ne unquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem non est sor-  
titus uxorem, aut ignorante literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentia si vel curia aut euilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permit-  
tas accedere: sed si quis hujusmodi repereris, non au-  
deas promovere.

C. XI. q. Non fiat sacerdos, cuius uxorem  
evidenter confit aduterium  
admisit.

Item in Neoxfariensi concilio, cap. 8.

**S**I g. cuius uxore adulterium commisit, cum effet  
laicus evidenter fuerit comprobatum, ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericato jam eo constituto, adulteravit, dato repudio dimittere excedebet. Si vero retinere ejus consortium velit, non potest suscepito ministerio perfut.

C. XII. q. Deo dero.

Item ex concilio Martini Papa.

**S**I h. laici i. uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic ta-  
lis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinatem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa vo-  
luerit permanere, à ministerio alienus sit.

Præmijus aufereturibus bigamis, & qui virginem non sunt sur-  
titi uxores, a sacri ordinibus prohibentur. Sed quartus, si quis  
ante baptismum viduam duxit uxorem, an propterea fit prohibi-  
tus à sacris ordinibus.

C. XIII. q. Qui ante baptismum seu post baptis-  
ma viduam duxit uxorem, non admittitur ad clerum.

De his ita scribit Innocentius Papa. vitrific.  
Rothomagens. Episcopo. epistola 2.  
cap. 5.

**S**I k. quis viduam (licet laicus) duxerit uxorem, five  
ante baptismum, five post baptismum, non admittitur  
ad clerum; quia eodem virtu videtur exclusus. In  
baptismo enim criminis dimittuntur, non accepta uxor  
consortium relaxatur. & l. q. Quod si non putatur u-  
xor esse computanda, quia ante baptismum ducta est, ex  
geno filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filio ha-  
beantur.

C. XIV. q. Qui secunda conjugia sortitur,  
clericus non fiat.

Prohibentur etiam bigami à quolibet ordine clericatus,  
juxta illud Ambroxi, epist. 82. ad Vercel-  
lensem ecclasticum.

**C**Ognoscamus m, non solum hoc de episcopo, & pref-  
bytero. Apostolum statuisse, sed etiam Patres in con-

a. c. xv. b. Ansel. l. 7. c. 12. ad. 15. Pann. l. 3. c. 50.

c. Gradus. l. orig. d. forte Scilicet. e. Ansel. l. 7. cap. 35.

d. 42. Polyc. l. 11. 31. Ivo p. 8. c. 28. f. al. panitem. al. publice

ponitentem. al. solenniter penitentem. g. Ansel. l. 7. c. 19. h. A-

pid. Martinum Bracarensis. cap. 25. i. alius laici. l. orig.

k. Ansel. l. 7. c. 11. Ivo p. 6. c. 55. l. cap. 6. ejusdem epist. m. Ivo

p. 8. c. 29. Pann. l. 6. c. 62.

cili. a Nicenæ tractatu addidisse, neque clericum quem-  
quam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit.

s pars. Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel

meretricium, clerici fieri non possunt.

C. XV. q. Speculum publicis mancipatam, vel

ejellam, vel ancillam ducent uxorem,

Diaconus non fiat.

Unde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

¶ 1. b. quis viduam, aut ejellam acceperit, aut meretrixem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publica spectacula mancipantur: non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deserviunt.

C. XVI. q. Quia si vidua, vel ejella, vel

meretrix.

Quia autem sit vidua, qua ejella, vel meretrix, Hiero-  
nimus epist. 12. ad Fabiolam de vesti fa-  
cerdotali ostendit, dicens.

VIdua e est, cuius maritus est mortuus. Ejecta est, quæ  
à marito vivente projectur. Meretrix, quæ multo-  
rum libidini patet.

7 pars. Sed postea temporis defectu condescendens Papa  
Martinus, in minoribus ordinibus eos constituti permisit, non regu-  
lam præfigendo, d. dicens.

C. XVII. q. Inter lectors, vel officios, depute-  
tur subdiaconus, secundam ducens  
uxorum.

S I subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter le-  
ctors vel officios habeatur, ita ut Apostolum non  
legat.

Necessitate tamen exigente bigamus usq; ad subdiaconatum pot-  
est promoveri.

C. XVIII. q. Viduam ducem uxorem, subdia-  
conus, si necessitas exigit, fieri potest.

Unde Martinus Papa ait.

Lector e, si viduam alterius uxorem acceperit, in  
lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, sub-  
diaconus fiat, nihil autem supera. Similiter, & si bigamus  
fuerit.

8 pars. Quibus autem propria conjugia prohibentur, interdi-  
cit etiam etiam nuptialibus convivium interficit.

C. XIX. q. Nuptiarum convivium presbyteri  
interesse non debet.

Unde in Agathensi concilio, cap. 30. legitur.

PResbyteri f, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, qui  
bus ducenti uxores licentia non est, etiam alienum  
nuptiarum evident convivia, nec his oecibus misce-  
antur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obscen-  
motus corporum choreis, & saltationibus effunduntur, ne  
auditus, aut obtutus sacris mysteriis g, deputati, turpium  
spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

¶ 1. q. Licentia non est] In codicibus imprestita legebatur, li-  
cencia modo non est. Expulsa est dictio, modo, que neg-  
in originali, neg. in versu exemplaribus Gratiani, aut Burch. Ivo-  
ne, concilio Venetico, c. 11. (ubi hoc idem reperitur) habetur. Ad  
predicatio quidem nunquaque, ne apud Gracos quidem, hec ut discer-  
torum.

Vidua vero intelligenda est, si post selenie fodus nuptiarum  
mortuæ intervenerint, à uro suo divisa fuerit. Ceterum, si ante  
quasi conveniant, fatali necessitate ab alterius divisa fuerint  
licit ex flosculis uxor fit appellata, non tamen post mortem  
flosculi, etiam in propria fit dubia, & cum eo velata, ualua  
appellatur, nec ex eius copula à sacris ordinibus aliquis prohibi-  
etur.

a. al. concilio Nicenæ tractatus. l. orig. b. Ivo p. 8. cap. 35.

c. Pann. l. 6. c. 63. Apud Martinum Brac. c. 44. Ex concil. Tolata-

n. 1. c. 4. d. Hac verba, non regulam præfigendo, absens ab ali-  
quot exemplaribus. e. Ibid. c. 43. Ex concil. Tolitan. 1. cap. 3.

f. Burch. l. 2. c. 134. Ivo p. 6. cap. 209. Polyc. lib. 4. iii. 3. g. al.

ministeriu.

C. XX. q. Qui cum alio velata, non tamen illi nuptiam, uxorem duxit fæcides fieri non prohibetur.

Unde Pelagius Papa scribit.

Valentino & clericis, cui mulier cum alio ante velata non tamē ei impta, sed virgo permanens, post mortem ejus, cum quo velata erat sponsa, & compagi est copula sociata, quia iterum & velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum, quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obviat institutus.

## DISTINCTIO XXXV.

<sup>t</sup> A <sup>ps</sup> Gabius ordinibus bigamis prohibetur, & utrum repudientur bigami, qui ante baptismum habuerunt uxori, & post baptismum alteram, & an licet fortiri uxores in sacris ordinibus confundit, multorum auctoritatibus breviter monstratum est. & sequitur autem in descriptione illas Apostolica d, ut sit sobrius, qui ordinatus est, non violentus: quod ex auctoritate veteris Testamenti introductum est. Ministeri & operis templi prohibentur vinos & fieri bibere, ne ebrietatis graventur corda eorum, & ut sensus suorum veget semper, & sensus sit, vel quia veneris mero astutus facile deponit in libidinem. Unde Noster in sacerdotiis etiam Sodome non vescit, vina vescuntur.

¶ Quod tamen g. violentus est prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi.

C. I. q. Diaconus, Presbyter, & Episcopus & clericis, & ales defrumentis, nisi deservire, deponatur.

Hinc etiam in canonibus Apostolorum, Can. 43.

& 42. legitur.

Eпископ, aut presbyter, aut diaconus, ales atque ebrietatis defrumentis, aut defunat, aut certe damnatur. Subdiaconis, aut lector, aut cantor similes faciens, aut defunat, aut communione privetur s. Similiter etiam lacus.

C. II. q. Eius carnium, & vini potus, post diluvium concessus legitur: post Orift ad ventum inhibetur.

Item Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum.

A <sup>b</sup> exordio conditionis humana nec carnis vesembatur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum. Hoc cursum ad diluvium usque pervenimus. Post diluvium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa durius, & culteris circumcisiois appositus, quasi Dei manus plus in nobis creaverit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & se revolvit ad a, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium i nobis dare permittit, nec circumcidimur m, nec comedimus carnes, dicens Apostolo n, Bonum est vinos non bibere, & carnes non comedere. Et vinos enim cum carnis post diluvium dedicatum est.

C. III. q. Alienum est a fastidio poterimus & ebrietibus vacare.

Item lib. 2. contra Iovinianum.

L Vxuriosa res vinos, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscerit, non erit sapiens.

<sup>a</sup> Simile 27. q. 2. c. quod autem q. item si sponsa. Fosp. 6. c. 113. b al. sponsa. c al. interim. d 1. Tim. 2. & 14. gl. ad eum locum habentus haec omnia ex Hier. ep. 3. c. Lexi. 10. 3. ea. c. venter. f Gen. 9. & 19. g al. autem gl. interlineari. 1. Tim. 3. h xadzegedz, id est, deponatur, i communione preventio. k Barca. 1. 4. c. 1. Polyc. 1. 6. 11. 18. Isp. p. 13. c. 73. Pann. lib. 3. c. 730. Rab. ha. c. 28. l Matth. 19. m Alt. 15. Gals. n Rom. 14. o Prov. 20.

C. IV. q. Ignominiosum est sacerdos affine-  
re deliciis, epulis, atq; laisci-  
vii.

¶ Idem in Michaam ad c. 2.

Ecclesiæ principes, qui deliciis affluent, & inter epulas, atque laicis pudicitiam servare se credunt, propheticus a sermo describit, quod ejusmodi sint de spatiois dominis, laicis, convivis, & multo labore epulis conquisiti, & ejiciendi proper malis cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quo ejiciendi sunt, Evangelium b. lege: in tenebris scilicet exterioris, ubi erit stetus, & frider dentum. An non confusio, & ignominia est, iesum crucifixum, magistrum pauperum atque effundentem, fartsis prædicare corporibus? jejuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentaque ora profere? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoque, & abstinentiam amplectemur.

C. V. De eodem. PALEA.

Item ad Oceanum, epib. 83.

V Enter mero astutus citio despunat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

C. VI. Decadem. PALEA.

[Idem ad Nepotianum, de vita clericorum.]

V Inolentem & facetdotem & Apoftolius damnat, & vetus d lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant e in templo Dei, prohibent vinum, & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggraventur corda eorum. Sicera Hebreo sermone omnis potio nuncupatur, qua inebriate potest. & i. f. ¶ Quidquid inebiat, & statum mentis exvertit, fuge similiter ut vinum. [Nolite, ut Apoftolus, g inebriari vino, in quo est luxuria] & sispi. b ¶ Qui altario defrumenti, vinum, & siceram non bibant. Sponsa Christi i vinum fugiat ut venenum. Vinum, & ebrietas incendium est.

¶ 1. q. Sponsa Christi] In epibola ad Eusebium sic habetur. Hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. & paulo post: vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

C. VII. q. De eodem.

Item Prosper de vita contemplativa, lib. 2.  
cap. 22.

L Vxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

C. VIII. q. In Paradiſo abſtinenſia, poit  
paradiſum edendi laicis incepit.

Item Ambroſius in lib. de Elia, & Jejunio,

cap. 4. & 5.

S Extō die bestia sunt creatae, & cum bestiis orta eden-  
di potetas est, & usus escarum. Vbi cibus coepit, ibi  
finis factus est mundi; ibi i. coepit sua incrementa ne-  
scire, ubi k. cooperunt divina opera circa eum ferari.  
Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus  
haberet immuniti, per quos defit augere. & j. ¶ Et ut  
sciamus non esse novum jejunium, primam illuc legem  
confituit de jejunio. & j. ¶ Eousque nemo prævari-  
cari noverat, ut adhuc orta non esset, quia prima est  
prævaricatio. Indictum jejunium, abſtinenſia lex a Domi-  
no Deo: prævaricatio legis a diabolo; culpa per ci-  
bum, latere post cibum: cognitio infirmitatis in cibo,  
virtus firmitatis in jejunio. & infra. ¶ Serpens gula  
perfuadet, Dominus jejunare decernit. Itaque gula de  
paradiso regnante expulit; abſtinenſia ad paradisum

a Michael. 2. b Matthæus 22. c sapientia initio diff. Hieron. in epibola ad Titum, ad cap. 1. in epibola ad Oceanum. d Le-  
vit. 10. Num. 5. e altario defrumenti, ] orig. f Ad Nepotianum.  
g Ephes. 5. h Ad Eusebium, epibola 22. i ibi. ] orig. k ibi. ] orig.

E 2